



Modus legendi abbreviaturas in vtroq[ue] iure

Parrhisiis, Millesimo qui[n]ge[n]tesimo octauo

Jncipit liber dans modum legendi abbreviaturas invtroq[ue] iure.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70768](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70768)

Concipit liber dans modum legendi
di abbreviaturas in vtroque iure.

Eta preposterus est ordo prius huma-
na petere subsidia vt illis deficientib?
diuini feuous gratia postuletur de cō-
secra. dist. i. ca. Omnis christianus in-
fi. et in prin. apparatus Johan. And.
libro. vi. Immo vix bono peraguntur exitu que
malo sunt inchoata principio. vt. lxi. dist. ca. mi-
ramur. x. principatus. i. q. c. prin. Nam vbi xpia-
ne religionis deficit fundamētum. ibi vix potest
superedificari. i. q. i. c. cum paul? .7. no. doc. in Ru.
de sum. tri. 7. fi. ca. Ideo diuino primitus implo-
rato presidio cum iuris vtriusq; scientia tam le-
gum q̄ canonum preciosissima. non amminicu-
latius sed principalis 7. sacratissima immo diui-
nitus inspirata sit maxime competens principi-
bus comitibus baronibus militib? ceterisq; no-
bilibus clericis atq; generosis psonis iurisdic-
tionum 7. iurium ipsorum mantentionem cupi-
entibus statui vt huius vtriusq; iuris. s. canoni-
ci et civilis noticiam aggredi volentibus tam in
legendo q̄ in studendo facilis breuis et planissi-
mus pateat accessus in textibus appatibus sum-
mis glosis re collectis 7. oibus abbreviatur? legū
et canonū ad oipotētis dei laudē 7. iuniorū scola-
rium sacerdotū et iuris alūnoꝝ instructionē que
aliter fieri h̄z q̄ illorū informatio q̄s scolasticis do-
ctrinis scolas forte regēdo sua laboriosius opz q̄
rere nutrimenta nōnulla circa breuē ordinatumq;
iuris pcessū i mediū afferre. Attēto q̄ ois pcess?
artū 7. sciap gnatiuus ordinem in se d̄z habere 7.

A.ij.

pppter vite humane insufficientiã breuitatẽ cõti-
nere. Talẽ itaq; vt sequit̃ breuissimũ instruendi
modũ obseruandũ eẽ cõseo pedagogis nobiliuz
Salua tñ emendatione meliorantiũ rõnabiliter
hũc dicendi modũ. Prehabitis ergo scolasticis
disciplinis et puerilibus eruditionibus in dona-
to casualibus et tpalibus in alexandri partibus
ambabus declinationibus cõiugationibus ⁊ cõ-
structionis ordine cum moralib⁹ auctorib⁹ Cha-
thone vñ Faceto ⁊c. Nõ pervite medietatẽ libe-
ralibus et amminiculatiuis artibus insistẽdo. vt
sunt grãmatica / Logica / Rethorica Geometria
Arithmetica / Musica / et astronomia. S; his cõ-
pendiose transcursis principalib⁹ sciẽtijs vñ tra-
mite philosophiẽ suadeo citius appropinquari.
⁊ tãdẽ iuri canonico ⁊ theologicẽ practice finali-
t̃m morari. Nã vt ait bñs hieronimus. illi i vani-
tate sensus ⁊ obscuritate mētis ambulãt. q̃ die-
bus ⁊ noctibus in dyaletica arte torquentur. ⁊c.
Et in canone. Nõne. di. xxxij. vbi rephenduntur
dyaletici ⁊ rex naturas inquirentes necnen ver-
sificatores. Et eadẽ dif. c. legim⁹. vbi per vanam
dyaleticoz garrulitatẽ et sophistica argumenta
intelligit hieronymus cynifes ⁊ ranas qb⁹ egyptij
sunt percussi. ¶ Nũmo igit̃ vt ppositã in-
grediar materiã. pmitto noia libroz i vtroq; iu-
re tam p̃tificio q̃ i peratorio annectẽdo culibz
hozũ diuisionem in libros partiales. deinde sub-
iungam modum allegandi in quolibet libro cuz
exemplorũ positione de abbreviaturis vt intro-
tus ad iura capessenda manifestetur. quoz igno-
rantia paucos excusat iuxta regulã. Ignorantis

facti nō iuris excusat vt de regulis iuris c. Igno-
 rantia. li. vi. q̄ regula duos habet articulos prin-
 cipales. ¶ Primus q̄ ignorantia facti quēlibet
 excusat / saltem duz est ignorātia facti pbabilis.
 Tūc em̄ in toto excusat ignorātem vt in. l. Error
 facti. C. de iuris r facti ignorātia. Quod em̄ per
 me nō stat mihi imputari nō debet vt i cap. Im-
 putari. de re iu. li. vi. ¶ Scōs articul⁹ est q̄ igno-
 rantia iuris neminē excusat. q̄ ius quilibet scire
 tenet r nemini licet ip̄m ignorare vt in. l. Regu-
 la. ff. de iu. r fac. ig. Debem⁹ ergo scientiam iuris
 oēs appetere ne in cōtēptum dei incidere nos cō-
 tingat. Nā contēptores canonū peccant in sp̄m
 sc̄m. Cuius instinctu / nutu et gr̄a ipsi canones
 editi sunt vt. xv. q. i. Violatores. r ca. Nulli fas
 ¶ Pro quo sciendum q̄ ius est ars boni r equi
 cui⁹ merito quis nos sacerdotes appellat id est
 sua iura cuiuslibet ministrantes. ff. de iusticia et iu-
 re. li. ij. r̄. ij. Est aut̄ ius nomē generale / r lex est
 species iuris. Ande ius dicitur preceptum seu or-
 dinatio principantis vel domini circa subditos.
 Et sic ius triplex distinguitur. Quia talis supe-
 rior principatus aut est deus et tunc dicitur ius
 diuinum. aut est natura. et tunc dicitur ius natu-
 rale primeuum. aut est homo. r tunc dicitur ius
 humanum. s. gentium vel civile seu positium.
 ¶ Ius naturale est cōmune oī natiōi eo q̄ vbiq̄
 instinctu nature nō aliqua cōstitutione habet vt
 maris r femine cōiunctio. puerorū educatio cōis
 oīm possessio. Q̄ iure naturali oīa sunt coia id
 est cōmunicāda tpe necessitat̄. Nemo em̄ ppriū
 dicat quod commune est. vt di. xlvij. Sicut hi in

E. iij

Iuris dif-
finitio.Ius est tri-
plex.

p[ri]ncipio et illud ius equissimū est. q[ui]a ei[us] p[re]ce-
pta in lege et in euāgelio cōtinentur vt Quod ti-
bi vis fieri mihi fac. quod nō tibi noli. Sic potes
in terris viuere iure poli vt di. i. in prin. di. l. pon-
deret alias cōsideret. ij. q. vi. decreto. de maio. et
obe. dilecti. vbi icludit nō furtū facies. n̄ mecha-
ber. nō occides non suspicies vocē mēdaci. Exo-
di. xxi. et xxiii. Deutero. v. c. Osee. vii. ca. cū ml-
tis similib[us]. Hoc ius cepit ab exordio rationalis
creature nec variat t[em]p[or]e sed est imutabile plenu[us]
et perfectū di. v. in prin. et distin. vii. in prin. Sed

**Ius positi-
uum est du-
plex.**

ius positiuū est constitutio hoīs variabilis et im-
perfecta. Et subdiuidit in canonicū et civile. Nā
sicut ex duobus cōponitur hō scz mat[er]ia et for[ma]
sic due sunt dignitates in eccl[esi]a militāte scz pon-
tificialis auctoritas et iperial potestas. vt de ma-
io. et obe. ca. solite. Ex quib[us] iura duplicia p[ro]de-
rūt. Papa em̄ ē cōditor canonū et iperator legū.

Ex quo iā patet causa sufficiens vtriusq[ue] iuris.
¶ Sed causa materialis iuris positiui duplex ē
assignāda scz ex qua et circa quā. Causa mat[er]ia-
lis ex qua est leges et canones. Decreta seu decre-
tales epistole ex quibus totale vtriusq[ue] iuris corp[us]
cōpēdiōse est cōpositū. Causa aut[em] materialis cir-
ca quā coīcidit cū subiecto. Nā subiectū iuris ca-

**Subiectus
iuris cano-
nici.**

nonici ē bonū eccl[esi]asticū fidelū directiuū deci-
sionē singulor[um] negocior[um] cōtinens rex eccl[esi]asti-
cay vtilitatē cōseruās. vel ē hō catholicus dirigi-
bilis iure canonico in bonū hūanū similit[er] et diui-
nū. Nā sicut scia supponit scie. ita subiectū sub-
iecto. Et philosophie moralis cui scia iuris vtri-
usq[ue] subordiat vt no. in glo. p[ri]ma decretaliū. sub

lectus est bonū humanū igitur. r̄. Sic subiectū
 iuris civilis est homo politicus cōstitutionib⁹ le-
 galibus dirigibilis simplici in bonum humanū
 ad rei publice vtilitatē cōseruandū Causa autē
 finalis sauis patet ex dictis. Nam finis iuris est
 bonos et sciētes efficere. nō metu solū penarū ve-
 rū etiam exhortatione premiorū. vt in. l. i. ff. de iu-
 sti. r̄ iu. ¶ Causa vero formalis duplex est. s. for-
 ma tractandi que est modus agendi vt diffinitiu⁹
 diuisiuus preceptiuus. vt in. §. iuris precepta. in
 sti. de iusti. et iu. et in. l. prima. ff. eodem ti. Quan-
 doq; punitiuus prohibitiuus vel permissiu⁹. vt
 in. l. legis x̄tus. ff. de legi. r̄ senatuscon. Quādo
 q; consultiuus. ff. de rei ven. l. is qui Aliqñ autē
 hortatiu⁹. l. age. C. de trasac. sed regulariter est
 exēplorum et casuū positiuus Et forma tractat⁹
 consistit in diuisione librorū totalium in partia-
 les. r̄ partialiū in titulos seu rubricas et titulorū
 in capitula leges paragraphos responsa. r̄ c̄. vt
 infra dicitur An ius canonicū in quattuor libris
 principalibus nobis est traditū. Prim⁹ liber iu-
 ris canonici est Decretū. Secundus. Decretales
 Tertius Sextus liber Et quart⁹ Clemenine sc̄
 cōstitutiones. ¶ Pro quo sciendū q; differētia
 est inter decretū canonicū r̄ decretalem epistolam.
 ¶ Hec differētia notat di. iij. §. Porro vbi dicit.
 Gratian⁹ Canonū alij sunt decreta pōtificū alij
 statuta cōciliorū. Nam canō pprie dicitur statutum
 in consilio gñali vel puinciali factū auctoritate
 episcoporū vt de cōse. c. i. ¶ Decretū vero est sta-
 tutū qđ papa de cōsilio cardinaliū ad nullius tñ
 consultationē statuit r̄ in scriptis redigit. vt. c. vbi

Decretum
 dupliciē su-
 mitur.

maius de elec. li. vi. Hic autem decretum sumitur pro
noie libri in quo decreta scōz patruz descripta
sunt. Capitū etiā aliū decretū de re. ec. nō. alie. c. i.
li. vi. i glo magna in fine vbi ponit differētia in
decretuz auctoritatē et cōsensū vel collaudationē
iudicis. rē. ¶ Sed decretalis epistola dicit quā
papa solus vel de cōsilio cardinalium ad cōsulta
tionē alicuius describit et rēdet vt de rescrip. c. i.
et glo. iij. s. Des he species. dist. iij. Etiā inuenit
hoc decretale. vi. xv. q. i. Dia decretalia. Indif
ferēter tñ decreta canōes et decretales ius cano
nicum nūcupant vlt canones et nū sepe p reliquo
sumit. Vocat etiā canonica institutio aliqñ dog
ma. qz cōsistit in doctrina fidei xpiane de con. di.
v. ca. ff. Aliqñ mandatū qz cōsistit in doctrina de
morib⁹. di. liij. Deniqz. Aliqñ interdictū qñ nul
la pena addit de cōse. di. iij. Hō oportet. Et qñqz
sanctio qñ pena addit. xvij. q. iij. Si qz vere.
Hic etiā hoc noie decretales i plū nūero vtuntur
pro libro in quo dicta capla q etiā decretales di
cūtur cōtinent. ¶ Venio nūc ad libros. Primum
itaqz librum iuris canonici q decretū dē cōposuit
magister Gratian⁹ nō quidē inueniēdo: s; dicta
scōz patrū in diuersis dispersa voluminibus in
vnū volumē debite et ordinate colligēdo. Et hoc
circa Annū dñi Millesimū Cētesimū Nonagesi
mū tertiu. ¶ Fuit etiā ille gratianus vn⁹ de trī
bus frībus cuius alē frater Petrus lombardus
librū sentētiarū cōscripsit. Et tertius Petr⁹ co
mestoris vel manducatoris qui scholasticam hy
storiā fecit. ¶ Diuiditur autē hic liber primus
decretū in tres ptes principales. quarum prima

Decretum
a quo fuit
compositum
et quando.

vocatur distinctiones, que ulterius subdividuntur
 in partes centū et vnā quarū quilibet distinctio
 dicitur. ¶ Habet enim hec prima pars decreti disti-
 ctiones centū et vnā a quibus ipsa tota nomen
 est sortita. Iste autem distinctiones ulterius sub-
 diuiduntur in canones vel capitula qui canones
 interdū propter ipsorum prolixitatem subdividi
 possunt in paragraphos. Et paragraphi ipsi si lo-
 gi fuerit in versiculos. ¶ Scda pars decreti no-
 minatur cause. Et continet in se xxxvi. causas in
 quas diuidit a quibus et nomen accepit q̄ cause
 subdividuntur ulterius in questiones et he q̄stio-
 nes in canones vel capitula que ultra in paragra-
 phos et versiculos subdividi possunt vt supra distin-
 ctione canonū premissum est. ¶ Est tñ hic ani-
 maduertendū q̄ causa xxxiij. habet questiones sex
 Quarū questionū tertia nō diuiditur immediate in
 canones vel capitula, sed ibi interponitur tractat⁹
 de penitētia, qui continet in se distinctiones septē
 quas diuiditur. Et he subdividuntur in capitula
 vel canones et paragraphos vt supra dicebatur et
 interdū diuiditur di. in paragraphos absq̄ caplis
 Et quōq̄ paragraphi allegantur sine capite capli-
 tū in dist. tū in que. et cau. vt puta qm̄ in illis para-
 graphis Gratian⁹ mutat sententiā. ¶ Tertia et vl-
 tima pars decreti nūcupatur d̄ cōsecratioe, et ha-
 bet sub se quōq̄ distinctiones in quas diuiditur q̄-
 rū quilibet in plures subdividitur canones vel
 capitula et quandoq̄ in paragraphos vt supra
 dictum est.

¶ Versus.

Decretum centum distincta tenebit et vnum
 Triginta causas et sex addit tibi mixtas.

Distinguit septem penitētia consecra quinqs.
Auctorem quarum tibi declaro gratianum,

¶ Vel sic breuius.

¶ **L.** distinguit. xi. causasq; decem tria cum sex.
¶ Penitet. v. versum vult consecrare reuersum.
¶ Hunc ponenda et notanda sunt exēpla allega-
tionū. et de prima pte decre. nota q; illa syllaba
di. vel dis. et sola littera d. significat distinctionem
Et nūerus immediate sequēs denotat quotā disti-
ctionis. Ultimū ponit p̄cipiū canonis vel capi-
tuli in quo auctoritas vel allegatio cōtinet. Exē-
plū accipe in prima pte decreti vbi sic allegatur.
viij. distinctioe. Quo iure. et hoc sic abbreviat di.
viij. quo iure. i. in p̄ma pte decreti in di. viij. illi^o
ptis in canone q̄ incipit. Quo iure. Aliud exēplū
di. xxxvij. Hōne. et c. Legimus id est in p̄ma pte
decreti in distinctione tricesima septima eiusdē ptis
in canonib⁹ qui incipiunt. Hōne. et c. Legimus.
¶ Item aliud distin. xl. multi. et. c. non loca. et. di.
L. ponderet quod declaratur vt prius. In sc̄da p-
te decreti nota q; per numerū positū ante litterā
.q. datur intelligi quota cause. Et sic oīa talia ad-
iectiua nūeralia prima sc̄da tertia quarta. et. c. vsq;
q; ad tricesimā sextā ante litterā. q. posita sem-
per includūt hoc substantiuū causa Hec debet il-
le nūer⁹ excedere. xxxvi. q; nō sunt plures cause
in sc̄da parte decreti et per litteram. q. intelligi-
tur questio in noiatiuo vel alijs casibus sc̄bz exi-
gentiā congruitatis. communiter tamē in abla-
tuo allegat questione. Sed per nūerum sequen-
tem istam litterā. q. designatur quota questionis
illius cause premisse. Et sic nūerus sequens erit